in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in iure parte
ac loco responsionis pro se omnibus pro quibus citatus eius nec facere
citati fuerint ab officio non recedendo de ipsa et inscriptione praesenti toties
quoties opus fuerit satisfacere debet atque omne iudicatum pati tube
terminis succedentibus eruntur abscissis Terminum ipsum primum peremptorium
et alios subsequentes causae et transferant terminos Nulla re
exquisita nec colore excogitato neque iude nec appellationis extrahendo
Nullisque adinventionibus modis vel cautellis et consuetudinibus
vim legum scriptarum in se complectentibus in orbe Consistit
quod sibi in auxilium et consilium causae recipi potest subterfu
giendo, incompetentiam fori et iudicii non obiciendo tum actione
pro maiori vera vel simplici infirmitatibus bellis literis Regiis
Legationi intra et extra Regnum statut. constitutione Conventione
Comitiisque Maiestatis Regiae et Tribunali Regni ordinibus iudicio
servitio quovis Sacrae Maiestatis Regiae et militari Iuratorumque univer
sitate evocatione de terra et dicta absentia a regno in terrae
quovis incursu seu insultu hostium aura pestifera ac omnibus legi
timis quibusvis impedimentis se non tuitur poena trium et tre
trium marcarum pro solutione vadii seu vadiorum intempe
stiva et inordinata citationis positione vel ignorantia depositione
eiusdem malo et erroneo iuris processu non exacte ad quietationem
Crediti et munimenta quaevis dictam non recipiendo A decretis
quibusvis tam super accessorio quam principali negotio latis nullas
motiones omnino appellationibus faciendo nec ad prosequendum castis
iurisdicionem quam ex partem adcitandi insuper omnibus exceptis
omnibus controversiis evasionibus pro omnibus suspensionibus

fatalibus iuris ac universis dilationibus de iure communi concedi
solitis aliisque omnibus et singulis iuris et facti remediis abre
nunciando suo et suorum successorum sub amissione totius causae
videlicet solutione vadii seu vadiorum quo et quibus solutis nihilominus
inscriptioni praesenti et omnibus eius contentis satisfacere tube et successores
tenebuntur tubque quoties oportunum fuerit Nulla tamen poena in praemissis
omnibus obstante Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premislien

si feria secunda ante festum sancti Ioannis Baptistae proxima
Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio 20/VI.
Coram Generosis Alberto Lutoslawski Gladifero terre Vicecapi
taneo et causarum officii iudice Dobrogostio Zapolski Notta
rio Castrensi Premisliensi officio et actis praesentibus

Fredrowa quictat Ruszian

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre
mislien. Generosa Helizabeth de Morawsko relicta coniunx
Generosi olim Stanislai Fredro Apellatibus terris dictis ubi iuri
busque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo ei
demque renunciando Iuri vero iurisdictioni Castrensi Premislien
se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum hunc attinet
plenarie incorporando et subiciendo Sana mente et corpore existens
publice palam ac per expressum recognovit Quia sibi Nobilis Io
annes Ruszian summam Centum florenorum pecuniae monetae et
numi polonicalis debiti certi ipsi per eundem Ioannem Ruszian Cora
iudicio et actis terrestribus Premislien. recognitis solvitque et reponi
circa officium et acta praesentia Castren. Premislien pro die et festo Con

ucessionis Sancti Pauli apostoli proxime et immediate venturo inscript. Anticipando tempus praescriptum solutionis debitam summam totaliter in effectu persolvit Ratione cuius solutionis eundem Joannem Ruszian et eius successores de eadem summa Centum florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem cum ipsius successoribus facit et pronunciat temporibus perpetuis et omnibus terminis ipsamque inscriptionem in actis terrestribus Premislien. Contenta sibi ab eodem [illegible] factam feriaque Cum omnibus eiusdem inscriptionis Conditionibus punctis Clausulis articulis vinculis iuramentis vigoribus et nexu Cassat annihilat mortificat obliterat perpetue ac in nullum sibi et suis posteris ratione praemissorum aeternum imponendo silentium parti [illegible] praesenti recognitione mediante Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premislien si feria tertia ante festum sancti

21/VI. Joannis Baptistae proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio Coram Gnosis Alberto Lutkoslawski Gladifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii Iudicia Dobrogostio Zapolski notario castren Praemislien officio et actis. 818

Thurzanski consentit super

Inscriptionem per fratrem suum ratione divisionis bonorum factam Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren Praemislien Nobilis Jurko Szienkowicz Thurzanskij sortibus in villa Thurze heres Recedendo A palatinatibus terrestribus districtibus Juribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti renunciando Huic vero praesenti iurisdictioni Castren Praemislien iuris dominio se cum successoribus bonisque suis quibuscunque omnibus in toto quo ad actum esse

dumque inscriptionis praesentis totius attinet incorporando et subiiciendo Sanus mente et Corpore existens sponte praesens palam libere ac percepit recognovit Quia ipse quo ad interesse sui attinet super inscriptionem per Nobiles Paulum Szienkowicz Thurzanskij fratrem suum germanum suo et nobilium Andreae Petri et Hriczko Szienkowiczow fratrum itidem suorum germanorum nominibus ex una atque Tryszko Buczowicz ex altera Necnon Iwan ex tertia partibus Turzanskie ratione divisionis aequalis sortiumque ab invicem separationis bonorum in villa Thurze existentium suorum sortiorum faciendam de actu feria secunda ante festum Ascensionis Christi domini in Caelum immediate praeteritum proxima Coram officio et actis praesentibus Castren Praemislien recognitam Consentit, eandemque in omnibus ipsius Conditionibus punctis clausulis et articulis quatenus vero in omni verborum eius serie, quo ad interesse sui spectat et Concernit, approbat, ratificat, confirmat, pro rataque et grata suscipit sortemque suam bonorum vero suorum sortiorum agrorum pratorum et Sylvarum in fundo villae Thurze [illegible] eidem subesse ac subiacere eademque onerata esse vult, non aliter veluti per semetipsum facta et recognita esset, Ad quam quidem quo ad interesse ipsius attinet divisionem et sortibus [illegible] a sortibus praenominatorum Thurzanskich seu sortium ab omni eorum separationem debite et rite faciendam praedictus Jurko Thurzanskij Szienkowicz super Nobilem Mikolaio Teczynowicz Jaworskij divisorem pro parte nobilium Pauli Andreae Petri ac Hriczko Szienkowiczow itidem Thurzanskich fratrum suorum germanorum electum atque Ministerialem palatinatus Russiae generalem providum Tyszko Zyworzicz de Blazow praesupranominat